

Foreign Language Fair 2016

April 2, 2016

Latin Translation

Level 3 and 4

A mysterious woman offers Tarquin, the king of Rome, some holy books.

Later the king is driven into exile but attempts to regain power.

anus (*old woman*) ignōta ad Tarquinius Superbum adiit, novem librōs ferēns, qui, ut dīcēbat, dīvīna ōrācula erant. eōs vendere voluit. Tarquinius igitur pretium rogāvit. Fēmina pretium ingēns poposcit. rēx eam dērīsīt. tum illa, nihil commōta, foculum cum ignī prope rēgem posuit, trēs librōs ex novem incendit, et ‘ō rēx,’ inquit, ‘librōs reliquōs eōdem pretiō emere vīs?’ Tarquinius, ubi haec audīvit, eam multō magis dērīsīt. fēmina statim trēs aliōs librōs incendit iterumque vultū placidō rēgī ‘trēs reliquōs’ inquit ‘eōdem pretiō emēs?’ Tarquinius, cōstantiā eius superātus, haec verba neglegere nōluit et librōs trēs ēmit nōn minōre pretiō quam quod prō omnibus petītum erat. postea haec fēmina nūllō in locō vidēbātur. librī in Capitōliō ā rēge positī auxilium magnum reīpūblicae praebruērunt.

sed haud multō post Tarquinius propter facta sua scelestā in exilium expulsus est. mox tamen cum cōpiīs Etruscīs in Rōmānōs contendit ut rēgnum suum recuperāret. equitibus filius eius praefectus erat; rēx ipse peditēs dūxit. Rōmānī in magnō perīculō stetērunt sed a virō fortissimō nomine Horātiō Coclite servātī sunt. ille dīxit sē cum duōbus amīcīs pontem trāns Tiberim dēfēnsūrum esse. Hostēs sagittās multās in Horātium coniciēbant, sed Horatius pontem fortiter dēfendit. Etruscī igitur nōn poterant Rōmam advenīre.